



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 8. Lepontij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

NVM. 8. *Leponij*, hodie vne partie des suiets des Suisses, & la partie du Duché de Milan, vers le lac Maieur.

VRBES LEPONTIORVM. { *Oscella*: hodie, *domo d'Oscella* Italica, Germanis *Tuhm* in *Eschentiaal*.
Belitio castrum in *CANINIS CAMPIS* Gregorio Turon. lib. 10. cap. 3 hodie *Bellizona*. Hos autem campos Caninos, male quidam putant Grisonibus dedisse nomen, quia canus Italica *Griso*, Germanica *Grauu*; nam hi campi dicti sunt Canini non Cani. Cur ergo Canini dicti ignoratur, nisi ab iis qui vaticinari volunt.

FLV- VII. { *Ticinus*: *le Tessin*, in Verbánum lacum influens ortus ex monte *Adula*, *S. Gotard*.
Ceresius lacum cognominem nectens lacui Verbano; hodie *Tressa*; quibusdam & *Gauni* lacus olim, ut in nouis tabulis adnotatur.

L A. CVS. { *VERBANVS*: *Lago Maggiore*, Straboni longitudine cccc. Stadiorum, de quo & adiunctis ei lacubus in recentiore Italiam plura dicentur.
Ceresius Gregorio Turon. *Lago di Lugano*, forte in Tabulâ Itinerariâ Cusius lacus corruptè scribitur.

NVM. 9. *Leui*, hodie les Territoires de Pauie, & de Nouarre.

VRBES LÆVORVM. { *Novaria*: *Nouarre*, à Fl. cognomine dicta, Municipium teste Tacito; sic dictam volunt quasi *Nouam Aram*: ab Eltio quodam Troiano condita creditur filio Venetis, qui hinc aram matris sue posuit, & montem cui urbs imposita est de suo nomine Eltium appellauit. Innuere videtur Plinius sic dictam quasi *Nouam Ariam*, reliqua vide apud Leandrum, qui hinc multas fabulas profert.

TICINV M. { *Pauie*, à Læuis & Mariscis conditum oppidum Plinio; male apud Ptolemæum addicitur Insubribus. Municipium erat, & bello 2. Punico tantum vicus.

FLV- VII. { *Nouaria*: hodie *la Gogna*.
Ticinus: *le Tessin*, prælio Romanorum memorabilis, & pietate maioris Africani in patrem.